



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio Decalogi Duabus distincta partibus

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

De homicidio ob defensionem bonorum, num. 1. paragraph. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

habitur Resp. dum aperitur ostium ad plura homicidia occultè committenda. Scio, has simileſque noſtras rationes non placere Dicacillo q apud Dianam, ſed immerito.

q Dicacill. li. 2. de juſt. tr. 1. diſp. 20. dub. 9. & apud Dian. p. 8. tr. 7. reſol. 43. vide etiam reſol. 52.

An ad recuperandum honorem liceat occidere?

17. Inquires quintò, an finita aggreſſione liceat, injuſtum aggreſſorem perſequi, ad meum honorem reſcicendum? Reſpondeo, id pertinere ad ea, quæ mox §. 3. à num. 2. ſunt explicanda.

§. II.

De Homicidio ob deſenſionem bonorum.

1. **L**icere occidere volentem mea bona alicujus momenti injuſtè occupare, ſi aliter ea deſendere nequeam, certum eſt, tum jure naturæ, tum civili, quia ſecus, ſi improbis daretur occaſio bonos & innocentes ſpoliandi. Quo jure fruuntur etiam Clerici Religioſique, ſine periculo irregularitatis, cum nulla ratio, nec ullum jus eos condemnet: dixi (injuſtè) nam extremè indigens v. g. cum habeat jus ad bona, quæ ſibi opus ſunt ad vitam, occidi, ſi ea occupet, non poteſt. †

† Sotus, Leſſ. l. c. alijs, Silveſter, Cajet. Nav. Fab. Sotus, Diob. Laym. alijs

apud Dicacillum li. 2. de juſt. tr. 1. d. 10. dub. 5. § l. furem ff. ad legem Corneliam de ſicarijs & l. 4. ff. ad legem Aquil. interfeceſti. de homic. & Mol. t. 3. tr. 3. diſp. 16. n. 8.

2. Verum tres apparent nodi, qui ſint explicandi. Primus, eccujus momenti hæc bona eſſe oporteat? Reſpondeo: certum eſt, pro re minima occidere furem non licere: non enim chriſtianiæ charitatis eſt, pro uno vel altero aureo vitam proximi poſthaberi. Docent ergo Sotus & alijque, debere eſſe bona magni momenti: Bonacina, & magni valoris; Molina, & non ſatis eſſe valorem trium, quatuor, vel quinque ducatorum: Dicacillus, & longiſſime majorem quantitatem requiri, quàm ea, quæ in furto eſt ſufficiens ad mortale. Annotationes ſad Aretinum b de maleficijs, monent, non debere eſſe minoris valoris, quam duorum aureorum. Sed proſecto cenſeo, debere ex circumſtantijs id expendi: unius enim vel alter aureus erit magni momenti pro eo inope, cujus integrum patrimonium in illo aureo reſidet. Contra, decena vel viginti erunt exigui ponderis, pro Rege vel valde divite. In ſumma, reſ, propter cujus deſenſionem eſt quis interficiendus, debet eſſe magni momenti, vel ex ſe, vel in ſui æſtimatione, vel ex aliquo damno conſequentè &c.

u Sotus, l. 5. q. 1. art. 8. x Bonac. t. diſp. 2. de reſt. in part. q. ult. ſec. 1. p. 10. n. 1. & Mol. t. 4. tr. 3. diſp. 16. n. 6. a Dicacill. li. 2. de juſt. tr. 2. d. 10. dub. 5. n. 50. b apud Dianam p. 5. tr. 4. reſ. 18.

M 3

Illud

Illud Molinae e contra Rebelli ali-
osque non reprobos; licet res est unius
aurei vel minoris valoris, si illa quis
resistente domino vel custode, vellet
auferre, seu ejus possessionem occupa-
re, posse interfici, si aliter repelli ne-
queat, quia non injustus solum, ve-
rum etiam contumeliosus graviter est
(ut supponi omnino debet) contra
praesentem dominum is, qui sic tentat
alienum arripere; addit Lessius, d
etiam si deinde recuperare per judi-
cem posset. Hinc decerne, peccavisse
vineam magnam custodem nudius tertius,
qui accedentem de die homunculum
ex plebe, ad vvas non multas, ut sit,
suffurandas, clamoribus primo, mox
exploso in vacuum sclopo exterruit,
denique nolentem desistere, ejusdem
sclopi vi, emisso plumbo, interfecit;
& ratio, quod peccaverit, est, quia res
furripienda erat modica, & contume-
lia, quae sic custodi inferebatur, fere
nulla.

c Mol. ibi. num. 7. d. Less. li. 2. c. 9.
Dub. 11. num. 69. ex Covarru.

5. Secundus nodus: si re jam abla-
ta fur fugiat, licetne illum persequi &
occidere, nisi rem dimittat? Respon-
deo, esse distinguendum. Id enim vel
sit in continenti, hoc est, in ipso actu
vel sine fuga, quando nondum mo-
valiter censetur res esse sublata, sed
auferri; & tunc furem occidere tibi
conceditur: e multo magis, si illum
clamando admonuisti, ut nisi rem di-
mitteret, sclopum v. g. in ipsum ex-
ploderes. Vel id sit ex intervallo, post-
quam scilicet fur rem ablatam pacifice
domi suae habet, & tunc non potes

furem occidere, quia esset mera vim
dicta.

e Silv. v. Bellum 2. n. 3. & num. 10.
Less. ib. n. 74. Sanc. l. 2. de Matr. d. 22.
num. 17.

6. Fateor tamen, esse probabile,
cum Vasquez, f. aliisque, si non est
spes aliter recuperandi, vel esset timor
recuperandi cum magna difficultate,
posse te tentare, rem tuam si ve immo-
bilem, si ve mobilem (si extat ff in
individuo) resumere, quod si fur con-
tra renitatur, indebitamque suam pos-
sessionem custodire contendat, posse
occidi, quia tunc injuste te fur impe-
dit, & moraliter seu aequivalenter te
aggreditur, & consequenter infert vim,
quam vi repellere fas erit tibi:

f Vasq. c. 5. de rest. §. 1. d. 4. num.
43. aliq. apud Dian. p. 8. tr. 7. resol. 47.
Less. & Reginal. apud Bon. l. c. n. 4. ff
cur id ponatur vide mox n. 5.

7. Tertius nodus. Nolente, seu re-
pugnante in vaso, possumne licite ejus
res defendere, morte invadentis? Re-
spondeo, si de vita defendenda agere-
tur, possem, quia nemo est dominus
vitae suae: quare in vasus non potest ce-
dere juri vitae suae defendendi. At
deberemne?

Respondeo: cum repugnantia haec
invasi sit, ac si nulla esset, ideo idem
hic dicendum, quod diximus §. pri-
mo, num. 10. ubi nulla mentio est re-
pugnantiae. Illud noto, si in vasus ju-
sta de causa vitae juri cederet, ut
ob virtutis actum, modo dicto §. 1. n.
6. tunc quamvis licite possem, ipsum
invasum defendere, tamen non tenerer;
quia licet & mihi ex eodem virtutis
actu defensionem omittere.

8. Veram

3. Verum cum nunc agatur de defendendis bonis externis, honore, fama, &c. dico, non posse, quia invadens nullam vim tunc infert in vaso, qui jam valide cedit juri suo, & consequenter cessat ratio, cur ego occidere possim illum, qui eum aggreditur. Excipe, si nisi res in vaso ad me pertineant, ut si bona ablata essent mihi debita: tunc enim mihi in vaso vis inferretur. Sic enim maritus potest occidere juvenem, vim inferentem uxori, quomodo cumque consentienti, quando illum aliter avertere non potest; nam pudicitia uxoris pertinet ad honorem mariti.

§ *Less. l. c. du. 13. n. 88.*

§. III.

De homicidio ob defensionem honoris & pudicitia, ubi de duello.

1. **Q**uod modo statuimus de defensione bonorum temporalium, extendi ad defensionem honoris & pudicitia, palam est; siquidem haec aestimabilia, quam illa sunt bona.

h Salon. 2. 2. q. 64. art. 7. Controv. 2. conclus. 1. Tole. l. 3. c. 6. alijsq. apud Dian. p. 8. tr. 7. resol. 48. sine, quibus ad de Val. Mol. Navar. apud Dicast. l. c. n. 64. & 66.

Honestus ergo vir, ne alapa v. g. percutiatur, honestaque mulier, ne impudicam maculam patiat, occidere, etiam sine timore irregularitatis, invasores possunt, quando aliter consulere sibi nequeunt. Addit Bonacina, in posse invasum condonare vi-

tam invasori, patiendone violationem sui, quando non est periculum consensus: nam teste S. Lucia, non coquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Hæc ille. Sed quia difficile est non adesse in tanta occasione periculum consensus, nemini ego ejusmodi condonationem indulgerem. Vide mox n. 7.

i Cajet. 2. 2. q. 64. ar. 6. Silvest. v. Homicidium 1. qu. 5. & passim. I. Suarez, Bonac. Coninch. & passim apud Dianam p. 2. tr. 15. res. 16. & patet ex Clement. si furiosus, de hom. in Bonac. 2. 2. d. 2. de rest. in particul. quest. ult. sec. 1. p. 10. n. 12.

2. Sed quid, si fueris jam alapa v. g. percussus, potesne ad refarciendam contumeliam repercutere, quantum satis erit pro tuo honore? Respondeo, statim & incontinenti, etiam si qui percussit, aufugiat, & tu illum insequare ad repercutiendum, non ut vindictam sumas, sed ut recuperes honorem, quem veluti secum actu fert aufugiens, speculative probabile non est, posse; ex intervallo, nullo modo. Ratio est, quia hic esset vindictam sumere, ibi aggressionem moraliter adhuc existentem vi repellere.

n Navar. in summa, cap. 15. num. 4. Victoria, de jure belli n. 5. Petrus Navar. l. 2. c. 3. n. 383. Henriquez l. 14. de Irregul. c. 3. n. 10.

3. Dixi (speculative) nam propter non absimiles rationes dictas §. 1. nu. 16. in praxi id recipiendum non iudico, quamvis sciam, ab Hurtado p cum alijs id, etiam in praxi, & sine limitatione doceri. & Diana q quidē ait, idem pios & doctissimos viros docuisse.

p. Gaspar